Hay aquí muchos ladrones. *Frecuentibus latrociniis infestus est locus hic.*

Poner en libertad. *Vindicare in libertatem.*

Venir al último remedio. *Ad extrema auxilia descendere.*

Andar solicitando los esclavos á que se levanten. *Servitia concitare.*

Querria tener tiempo de rehacerme. *Spatium confirmandi me dari mihi vellem.*

No tengo cosa que mas desee que tu vida. *Nil tua salute antiquius habeo.*

Hemos hecho siempre el uno por el otro. *Summa inter nos studia certatim constiterunt.*

Estando en este aprieto. *Cum in his angustiis versarer.*

Hacerle mal quisto. *Invidiam facere ulicui.*

No te he hecho ningun agravio, ó no te he provocado. *Nulla te injuria lascessivi.*

Escoger los que han de ir á la guerra. *Habere delectum.*

Dice el fin con el principio. *Principiis exitus consentiunt.*

No está en mi mano hacer esto. *Non est mihi integrum id facere.*

Fue tanto lo que todos amaron la libertad, y aborrecieron la servidumbre. *Tantus ardor animos hominum occupavit desiderio libertatis, odioque servitutis.*

Es hombre muy hueco y fanfarrón. *Homo est ventosissimus.*

Poner en aprieto. *Compellere in angustias.*

Perder la esperanza. *Abjicere spem.*

Nunca ha venido á mis manos este libro. *Numquam in me hic liber incidit.*

Pelear con alguno. *Confligere cum aliquo.*

Procura vencer á tí mismo. *Tecum ipse certa.*

Ofenden las cartas no dadas á tiempo. *Offendunt epistolæ non loco redditæ.*

Vienes á mal tiempo. *Intempestivè venis.*

No te quiero cansar mas. *Non tenebo te pluribus.*

Fuí á todas las Iglesias á dar gracias á Dios por tí. *Gratulationem tuo nomine ad omnia templa feci.*

Con el pie puedes conservarle y guardarle. *Nutu poteris hominem incolumem retinere.*

Deseo ya dar este cuidado á otro. *Cupio jam hanc vigiliam alteri tradere.*

Ya va la segunda plana. *Altera jam pagella procedit.*

Tenérselo á mal. *Vitio, criminique dare alicui.*

No te trataré con doblez. *Non agam tecum astutè.*

Ahora pagas el no haber tomado mi consejo. *Plecteris ergo, quando meum improbasti consilium.*

Por ningun temor dejaré de hacer lo que debo. *Nullius umquam periculi terroribus ab officio discendam.*

Si sucediere como yo deseo. *Si optata mihi contigerint.*

Vivimos en paz. *In otio degimus.*

Me has descubierto tu corazon sencillo y

amoroso. *Tuum erga me animum simplicem, et amicum aperuisti.*

Muchas cosas se ofrecen por una parte y por otra. *In utramque partem multa veniunt in mentem.*

El parecerte así fue mucha parte para quitarme la duda que tenia. *Dubitanti mihi magnum pondus accessit ad tollendam dubitationem judicium tuum.*

Gran testimonio has dado de mi fidelidad y constancia. *Gravissimum judicium de mea fide, et constantia fecisti.*

De cada dia va creciendo este mal y cobrando fuerzas. *Manat hoc malum, et corroboratur quotidie.*

Está la república perdida con estas revueltas. *Respublica jacet his perturbationibus.*

Conformarse con el tiempo. *Temporibus cedere.*

No se sabe de quien salió. *Auctor est nemo.*

Tengo mucha gente de guarnicion en la ciudad. *Magno præsidio urbem teneo.*

Todos vienen muy bien en ello. *Omnium mira consensio est.*

Todos vienen ó acuden á mí. *Omnis omnium cursus est ad me.*

Nunca Dios tal quiera. *Hoc Deus omen avertat.*

Cumplir la palabra. *Liberare fidem.*

No tenemos quien dice eso de cierto. *Certos auctores non habemus.*

Volver en su seso. *Ad sanitatem redire.*

Esto se decia sin fundamento. *Hæc sine capite, sine auctore, rumore, nuntio.*

Si has errado en algo. *Siquid titubatum est à te.*

Coger en el camino las cartas. *Intercipere litteras.*

La gente que llevaba hice parecer ejército. *Militum numero exercitus speciem effeci.*

Asentar real. *Castra ponere.*

Burlóme la esperanza. *Spes mea frustrata est.*

Deshacer la maldad de alguno. *Improbitatem alicujus retundere.*

No quiero que me proroguen el término. *Longius spatium produci mihi nolo.*

Hacer gente. *Milites conscribere.*

Vivo á mis anchuras. *Otiosa libertate fruor.*

He hallado un poco de tiempo para respirar. *Pusillum laxamenti nactus sum.*

Algunas revueltas nos han dicho que hay en Flandes. *Ex Flandria nobis tumultuosiora quædam nuntiata sunt.*

Obedecer. *Morem gerere alicui.*

Mucho sentia que te apartases de mí. *Perinique patiebar animo te à me digredi.*

Está mi padre al cabo del mundo. *Pater meus longè gentium abest.*

Casi todo el ayuntamiento fué de mi parecer. *Senatus frequens mihi assensus est.*

Ha puesto el ejército el turco sobre nosotros. *In cervicibus nostris turca legiones collocavit.*

Quisiera que me quitases de cuidado. *Me*

à solicitudine abducas velim.

Me animas con lo que me dices para todos los encuentros de la fortuna. *Tua me oratio contra omnes fortunæ impetus armat.*

En todas las ocasiones que se ofrecen no dejo de honrarte. *Ego nullum locum prætermitto ornandi tui.*

De esto mas largo en otra ocasion. *Hac de re aliàs ad te pluribus.*

En ofreciéndose ocasion. *Cum primùm occasio data est.*

Ibame huyendo á Italia desconfiado de poderme librar. *In Italiam desperata salute rapiebar.*

Viento contrario me volvió al puerto. *Ventus adversus me ad portum retulit.*

A remo y á vela fuí con toda la priesa á mi tierra. *Ventis, remisque lares salutavi.*

Siendo todos esclavos, quedé yo libre. *In summa reliquorum servitute liber fui.*

Toda su locura descargó sobre mí. *Omnem suum violentum furorem in me unum effudit.*

Volvamos á donde quedamos. *Redeamus ad illud, unde divertimus.*

Ya es otro tiempo, de otra manera es menester vivir. *Hic dies aliam vitam affert, alios mores postulat.*

No por estar cansado ha de dejar uno de hacer lo que debe. *Nulla lassitudo impedire officium, ac finem debet.*

Traigo escrito en la frente que soy enemigo de los enemigos de la república. *Omnibus inimicis reipublicæ esse me acerrimum hostem præ me fero.*

Estoy ocupadísimo. *Maximis occupationibus distineor.*

Entiende que yo dije todo lo que el negocio pedia. *Quæ verba res desideret, his me omnibus usum putato.*

Pareciendo que estaba ya libre de la enfermedad, volví á recaer. *Qui levatus morbo videbar, in eum de integro incidi.*

Mas peca de bobo que de malicioso. *Magis ineptiis, quàm improbitate peccat.*

Es hombre de grande y varia erudicion. *Est omni liberali doctrina politissimus.*

Pídote muy encarecidamente. *Peto te majorem in modum.*

De vergüenza no me atrevo á rogártelo mas encarecidamente. *Impedior verecundia, ne te pluribus verbis rogem.*

Es uno de los amigos que mas me honran. *Unus est ex meis intimis observantissimus.*

Dame tanto gusto como lo que mas. *Tam est mihi gratum, quàm quod gratissimum.*

Téngote para siempre muy obligado. *Te mihi summo officio in perpetuum devinxi.*

No tengo negocio, ni otra cosa contigo. *Tecum mihi nulla causa intercedit.*

Ganar nuevos amigos. *Novas necessitudines sibi adjungere.*

He perdido toda mi hacienda. *Omnes fortunas amisi.*

Me he venido á esta ciudad con lo poco que me ha quedado. *In hanc civitatem tamquam è naufragio reliquias contuli.*

Pedro es muy amigo de sus amigos. *Petrus in omnes suos officiosissimus est.*

De aquí á pocos dias verás lo que importaron estas cartas. *Harum litterarum vis quanta fuerit propedièm judicabis.*

Mucho ha sido lo que has hecho por mí. *Studium in me tuum extitit singulare.*

Hete comprado esa heredad por lo que se tasase. *A te prædia in æstimationem accepi.*

Yo me encargo de eso. *In me hoc recipio.*

Por todos los títulos del mundo soy tu amigo. *Mihi tecum omnes necessitudines sunt.*

Eres hombre muy industrioso. *Quàm maximè tua excellit industria.*

Mejor parece volver por la hacienda de sus amigos, que por la suya. *Honestius est de amicorum pecunia laborare, quàm de sua.*

He tomado nuevo estilo de escribirte. *Genere novo sum litterarum ad te usus.*

En muchas cosas me aprovecho de tu prudencia. *Multis in rebus tua mihi prudentia usui est.*

Desde niño. *A puero.*

Ya há mucho que estudiamos en esta facultad. *Jam pridem in hoc genere studii versamur.*

Somos amigos muy de atras. *Amicitia pervetus mihi tecum est.*

Recibí estraño contento. *Elatus sum lætitia.*

Obligar á alguno. *Obstringere aliquem officiis.*

No sé lo que será de mí. *Dubia fortuna mihi est.*

Dar libertad al esclavo. *Manumittere servum.*

Júntase con esto. *Eò accedit.*

Sin que recibas pesadumbre. *Id sine molestia tua fiat.*

Esto cuando nos veamos. *Sed hæc coram.*

Todos me dicen y escriben. *Litteris multorum, et sermone omnium perfertur ad me.*

Caer en miseria y mala ventura. *Incidere in ærumnas.*

Recibir mucha pena. *Percipere luctus acerbissimos.*

Cuando comenzé á tener discrecion. *Cum primùm sapere cœpi.*

Tomaré tu consejo. *Tuo consilio utar.*

Ha cesado ya la peste. *Jam abiit pestilentia.*

Si llegare á poderte gozar. *Si in tuum complexum venero.*

Padezco el mismo trabajo. *Me premit eadem fortuna.*

No hacen los amigos lo que deben. *Amici non sunt in officio.*

Ya por instantes espero tus cartas. *Mihi tuarum litterarum brevis expectatio est.*

Si me ofendiere la mucha frecuencia del lugar, iréme á otra parte. *Si offendat me loci celebritas, aliò me conferam.*

Padezco mucha miseria. *In lacrymis, et sordibus jaceo.*

No gastes esa poca salud que te queda. *Valetudinem tuam istam infirmam noli vexare.*

No echemos á mal ese poco que nos queda. *Ne reliquias nastras projiciamus.*

Todo veo que carga sobre tí, no sé si podrás con ello. *Omnes labores te excipere video, timeo, ut sustineas.*

Ten cuenta con tu salud. *Servi valetudini.*

Deshágome de tristeza. *Conficior dolore, mærore, et lacrymis.*

Morir como hombre. *Cadere fortiter.*

Estoy en esta ciudad por saber de presto lo que pasa y por estar seguro. *Eo nomine sum in hac urbe, ut quàm celerrimè sciam quid agatur, et sim tuto.*

Si estos males duran. *Si hæc mala fixa sunt.*

Hombre enfermo, gastado y decaido. *Homo æger, et corpore, et animo confectus.*

Este niño no se aparta un punto de su padre. *Puer hic semper est in sinu, et complexu patris.*

Dejamos pasar el tiempo de navegar. *Tempestatem navigandi prætermisimus.*

Hácesme mas servicio de lo que yo esperaba. *Officio vincis omnes meas spes.*

Tuvimos viento contrario. *Adversis ventis usi sumus.*

El negocio amenaza guerra. *Ad arma res spectat.*

Salir á recibir á alguno. *Procedere obviam alicui.*

Procura despacharle luego. *Servum quàm primùm fac domo extrudas.*

Acordamos cosa con que no facilmente podremos salir. *In consilii cepimus, quod non facilè explicare poterimus.*

Ponerse en camino. *Dare se in viam.*

Del mal tomaré lo menos. *In miserrimis rebus, quod minimè miserum putabo, id faciam.*

Dar á saco la ciudad. *Dir ipiendam urbem dare.*

Disuadirle. *De sententia aliquem detrudere.*

Ser capitan. *Exercitum ducere.*

Asentar real. *Castra lócare.*

Cobraste ánimo con mi venida. *Meus adventus firmiorem animum tuum fecit.*

Pagarle sus deudas. *Ære alieno aliquem liberare.*

Tomar muestra del ejército. *Exercitum lustrare.*

Condenarle á destierro. *Exilio mulctare aliquem.*

Desde antes que amaneciese estoy estudiando. *Ex antelucano tempore do operam litteris.*

Quitarle los brios; quitarle las alas. *Animum alicujus frangere.*

Recibir rehenes. *Obsides accipere.*

Siempre los de vuestra casa y familia me han tenido gran voluntad. *Mirificus generis vestri fuit erga me semper animus.*

No tengo mas que buena voluntad con que pagarte. *Mihi ad remunerandum nihil suppetit præter voluntatem.*

Siempre nos hemos hecho obras de amigos el uno al otro. *Amicitia nostra summis officiis ab utroque culta est.*

Pondré todas mis fuerzas en eso. *Nervos omnes ad eam rem contendam.*

Tengo mensageros cuando no son menester. *Præposteros habeo tabellarios.*

No tenemos otra recreacion. *Aliam aberrationem à molestiis nullam habemus.*

Amas y perseveras en toda virtud. *Omnes virtutes et colis, et retines.*

Llevaré mejor tu ausencia, si me escribieres á menudo. *Tolerabilius feram igniculum desiderii tui, si crebris me litteris appelles.*

Estoy algo mejor. *Meliusculè mihi est.*

Mas quiero verte de aquí á poco del todo bueno, que luego flaco. *Malo te paulò post valentem, quàm statim imbecillum videre.*

No navegues sin estar del todo bueno. *Nisi confirmato corpore noli navigare.*

No se te dé nada de gastar todo lo que para tu salud fuere menester. *Sumptui ne parcas ulla in re, qua ad valetudinem opus sit.*

Déjalo todo, y mira por tu salud. *Omnia depone, corpori servi.*

Cuando uno está flaco, apenas aun en casa puede defenderse del frio. *Vix tectis, et oppidis frigus infirma valetudine vitatur.*

Con viento apacible y cielo sereno llegamos holgándonos á Italia. *Austro lenissimo, cœlo sereno in Italiam ludibundi pervenimus.*

Ya te he avisado que le des algo al médico, y lo hagas bien con él. *Monui te jam, ut medico honos habeatur.*

Me has enviado unas cartas ásperas y llenas de fieros. *Minaces ad me, et acerbas litteras misisti.*

Estraña locura te ha dado. *Mirus invasit te furor.*

Mis estudios han aflojado algo con tu ausencia. *Litterulæ meæ tui desiderio oblanguerunt.*

Despertarle. *Excitare aliquem à somno.*

Menester es que tengas salud en el alma para

tenerla en el cuerpo. *Opus est te animo valere, ut corpore valeas.*

Despues de leidas tus cartas salté de placer. *Tuis litteris perlectis exilui gaudio.*

Te conozco en las cartas. *Te totum in litteris video.*

Pésame de haber dejado de escribirte estos dias. *Pœnitet me intercapedinem scribendi fecisse.*

Pésame tanto de los pecados de mi vida pasada, que no solo no quiero volver á ellos, pero ni aun nombrarlos. *Tantum mihi dolorem, cruciatumque attulerunt errata ætatis meæ, ut non solùm animus à factis, sed aures quoque à commemoratione abhorreant.*

Con mi pobreza te sustentaré. *Ex meis angustiis tuam sustentabo tenuitatem.*

Acuérdome de ti, y parece que te tengo delante con mucho contento. *Ante oculos mihi tuum jucundissimum conspectum propono.*

Te pongo en mi lugar. *Te dovicarium.*

Nos amparamos con la virtud. *Præsidiis virtutum septi sumus.*

No me puedo contener sin ir á ayudarles. *Ego vix teneor, quin accurram*

Ya he recibido el segundo pliego y sin carta tuya. *Fasciculus alter ad mejam sine tuis litteris perlatus est.*

Pretendo sin engaño ni ficcion. *Sine fuco, et fallaciis prenso.*

Estos dias no ha habido casi negocios en la audiencia. *A judicis forum refixit hoc tempore.*

EX ORATIONE PRO M. MARCELLO.

Este dia ha dado fin á mi largo silencio y principio para decir lo que quiero. *Diuturni silentii finem hodiernus dies attulit, idemque initium dicendi, quæ vellem.*

No puedo callar. *Tacitus præterire non possum.*

Cuando andaba entre vosotros. *Cum in vestro veteri curriculo versarer.*

Me volviste á mi antigua costumbre. *Vitæ meæ consuetudinem interclusam aperuisti.*

Deja de decir las causas de sentimiento que tienes. *Desine offensiones animi tui commemorare.*

Suelo decir esto muchas veces. *Soleo id sæpe crebris usurpare sermonibus.*

No hay entendimiento que alcance ni pueda imaginar las grandes mercedes que Dios nos hace. *Divina in nos beneficia nulla mens capere potest, aut cogitatio.*

De esa gloria tuya no tiene parte la fortuna. *Nihil sibi ex ista laude fortuna decerpit.*

No se compadece temeridad con sabiduría, ni fortuna con consejo. *Numquam temeritas cum sapientia commiscetur, neque ad consilium casus admititur.*

Estas cosas de suyo se pueden vencer. *Hæc naturam, et conditionem, ut vinci possin, habent.*

No me entremeto á querer parte de tu honra. *Me in tuæ societatem gloriæ non offero.*

No hay cosa tan fuerte que el hierro y armas no domen. *Nulla est tanta vis, tantaque copia quæ non ferro, ac viribus debilitari, frangique possit.*

Vencerse á sí mismo. *Animum vincere.*

Refrenar la ira. *Iracundiam cohibere.*

Moderarse en la victoria. *Victoriam temperare.*

Todo el mundo escribe y habla de tus alabanzas. *Bellicæ tuæ laudes omnium gentium litteris celebrantur, et linguis.*

Nunca se olvidarán tus alabanzas. *Nulla ætas de tuis laudibus conticescet.*

La ira no da lugar al consejo y acuerdo. *Iracundia est inimica consilio.*

La victoria de suyo es soberbia é insolente. *Victoria natura insolens est, ac superba.*

Cuando oimos alguna cosa con clemencia, cómo nos aficionamos? *Cum aliquid clementer factum audimus, quo studio incendimur?*

Cómo amaremos á tí á quien tenemos presente, y cuyo corazon y ánimo vemos? *Te, quem præsentem intuemur, cujus mentem, sensusque, et os cernimus, quibus studiis prosequemur?*

Antonio, hombre de santa memoria. *Antonius vir optimus, et commemorabili pietate, ac virtute præditus.*

Viendo llorar al hijo me traspasó el corazon la memoria de su padre. *Cum filii lacrymas viderem, patris memoria meum pectus effodit.*

Hiciste que no se acabase de perder nuestra casa y familia que habia quedado en pocos. *Nobilissimam familiam ad paucos redactam penè ab interitu vindicasti.*

El contento de este dia tendrás en mas que el de toda tu vida. *Hunc tu diem tuis maximis gratulationibus antepones.*

No hay cosa hecha de mano, que con el tiempo no se acabe. *Nihil est opere, aut manu factum, quod non aliquando conficiat, et consumat vetustas.*

Lo que digo no se entenderá oyéndolo, como yo lo siento. *Quæ dico non perinde intelligi auditu possunt, atque ipse cogitans sentio.*

No sé que hado y desventura nos forzó á tomar aquella guerra. *Ad ea arma sumus fato nescio quo misero, funestoque compulsi.*

Ya que hayamos errado como hombres, á lo menos estamos libres de culpa. *Si aliqua culpa tenemur erroris humani, scelere certè liberati sumus.*

Yo siempre fuí de parecer que se conservase la paz, y que no hubiese guerra. *Mea consilia pacis, et togæ socia, non belli, et armorum fuerunt.*

Mucho pudo para conmigo el agradecimiento. *Multùm apud me grati animi fidelis memoria valuit.*

Viendo que voy á morir, con todo eso me pongo á este peligro. *Prudens, et sciens ad interitum ruo voluntarium.*

No habrá nadie que tan mal mire el negocio.

Nemo erit tam injustus rerum æstimator.

No se sabe en que parará la guerra. *Incertus est exitus, et anceps fortuna belli.*

No vimos espada desnuda en la ciudad. *Gladium vagina vacuum in urbe non vidimus.*

A los ciudadanos que perdimos, matólos la guerra y no el vencedor airado. *Quos amisimus cives, eos Martis vis perculit, non ira victoriæ.*

El mirar por tí es mirar por nosotros. *Tua cautio nostra cautio est.*

Por tí he alcanzado todo lo que se puede desear. *Te duce omnia summa sum adeptus.*

Yo no trato de hacer bellaquería á ninguno. *Ego nihil cogito sceleris.*

No hay quien entienda el corazon del hombre. *In animis hominum multæ latebræ sunt, multique recessus.*

De tu vida cuelga la nuestra y la de todos. *Tua salute continetur nostra, et ex tui unius vita pendet omnium.*

Con la incertidumbre de mi vida se junta el andarme muchos por matar, ó tratarme la muerte. *Ad incertos eventus valetudinis meæ sceleris etiam accedit, insidiarumque consensio.*

Ha hecho el rey que esta ciudad cobre el crédito. *Rex in hanc civitatem fidem revocavit.*

Has de reformar las buenas costumbres de la ciudad ya perdidas, con severas y rigurosas leyes. *Instituta reip. quæ dilapsa fluxerunt, severis tibi legibus vincienda sunt.*

Ha perdido la república destruida con las guerras mucho del lustre que tenia en la paz y

mucho de sus reparos. *Quassata resp. multa perdidit, et ornamenta pacis, et præsidia stabilitatis suæ.*

Bien has logrado, así en tener vida larga, como muy honrada. *Satis diu vel naturæ vixisti, vel gloriæ.*

Pones tasa á tu vida. *Modum tuæ vitæ definis.*

Ya estoy harto de vivir. *Naturam jam explevi satietate vivendi.*

Deseamos ser inmortales. *Immortalitatis amore flagramus.*

No es nuestra vida la que vivimos en este cuerpo, sino aquella que durará para siempre. *Non hæc vita nostra est, quæ corpore, et spiritu cantinetur, sed quæ vigebit memoria sæculorum omnium, quam posteritas alet, quam ipsa æternitas intuebitur.*

Ya suena tu nombre por todas partes. *Vagatur jam nomen tuum longè, atque latè.*

No estoy de asiento en ninguna parte, ó no tengo morada cierta. *Sedem stabilem, ac certum domicilium non habeo.*

No se olvidarán jamas tus alabanzas, ó la gloria de tu nombre. *Tuas laudes nulla umquam obscurabit oblivio.*

Fueron diversas las voluntades y pareceres de los ciudadanos. *Diversæ voluntates civium fuerunt, distractæque sententiæ.*

Murió en la guerra. *Animam in acie profudit.*

Ya se ha quitado toda la discordia. *Omnis fracta dissensio est.*

No solo no hay en tí sabiduría; pero ni aun

cordura. *Nihil habes non solùm sapientiæ, sed ne sanitatis quidem.*

No solo te ofrecemos de poner gente de guarda para tu defensa, pero aun de ponernos á recibir el golpe por tí. *Non modò tibi excubias, et custudias, sed laterum etiam oppositus, et corporum pollicemur.*

Quiero acabar por donde comenzé. *Unde est orsa, in eodem terminetur oratio mea.*

EX ORATIONE PRO ARCHIA POETA.

Toda mi vida he estudiado. *Nullum ætatis meæ tempus à studiis abhorrui.*

Eres uno de los que mas obligacion tienen de hacer eso. *Tu vel in primis id facere debes.*

Con justo título hago esto. *Id meo jure facio.*

En cuanto yo me puedo acordar de toda mi vida pasada. *Quoad longissimè mens mea respicere potest spatium præteriti temporis.*

Acuérdome cuando estaba en mantillas. *Puerítiæ memoriam recordor ultimam.*

Tú eres el principal de los que me pusieron en que estudiase esto. *Tu mihi princeps, et ad suscipiendam, et ad ingrediendam horum studiorum rationem extitisti.*

Con esto que me enseñaste he remediado á muchos. *Vox hæc tuo hortatu, præceptisque conformata multis saluti fuit.*

Cuanto es de nuestra parte. *Quantum est situm in nobis.*

Otra facultad diferente has tú estudiado que nosotros. *Alia est in te, ac in nobis facultas ingenii.*

Todas las letras humanas estan muy hermanadas entre sí. *Omnes artes, quæ ad humanitatem pertinent, habent quoddam commune vinculum, et quasi cognatione quadam inter se continentur.*

Pleito en forma. *Quæstio legitima.*

Hombre señalado, de capa. *Lectissimus vir.*

No me atrevo á hablar delante de tanta gente. *Tanto conventu hominum, ac frecuentia dicere non audeo.*

Delante de tanta gente docta. *Hoc concursu hominum litteratissimorum.*

Tú eres juez. *Tu judicium exerces.*

Hablar con alguna libertad. *Paulò liberiùs loqui.*

Nunca me he visto en poder de justicia. *Numquam sum in judiciis, periculisque tractatus.*

En saliendo, como dicen, de pañales. *Ut primùm pueris excessi.*

Estudio letras humanas. *Versor in iis artibus, quibus ætas puerilis ad humanitatem informatur*

Se ha recogido á escribir. *Pater se ad scribendi studium contulit.*

Hay gente muy docta, y florecen los estudios en esta ciudad. *Urbs hæc doctissimis hominibus, liberalissimisque studiis affluit.*

Tienes mas habilidad que todos. *Antecellis omnibus ingenii gloria.*

Háblase en toda España con gran contento

de la venida del Rey. *Regis adventus in omnibus Hispaniæ urbibus celebratur.*

Esperan todos de tí mas de lo que han oido por fama. *Famam ingenii expectatio tua superat*

Hiciste mas de lo que se esperaba de tí. *Expectationem tuus adventus admiratioque superavit.*

Estudiamos, egercitámonos en los estudios. *Colimus studia litteraria.*

No tienes voto en cosa de letras. *De ingeniis tu judicare non potes.*

Ya te conocen por tu fama los ausentes. *Celebritate famæ jam es absentibus notus.*

He topado con maestro muy docto. *Doctissimum præceptorem nactus sum.*

Es tan docto, que te puede ayudar y juzgar de lo que escribes. *Tam doctus est, ut studium tibi, atque aures adhibere possit.*

Me tienes muy obligado con tu trato. *Devictum me consuetudine tenes.*

Heme avecindado ó hecho ciudadano de esta ciudad. *In hanc sum civitatem adscriptus.*

Tengo casa y solar en esta ciudad. *In hac urbe domicilium habeo.*

No probarás que no es así todo esto. *Nihil horum infirmare potes.*

No quieres oir aquello de que hay quien se acuerde, y pides escrituras. *De hominum memoria taces, litterarum memoriam flagitas.*

He hecho asiento en Valladolid. *Sedem rerum omnium, et fortunarũ mearũ Pinciæ collocavi.*

Son estas escrituras auténticas. *Hæ litteræ obtinent publicarum litterarum auctoritatem.*

Has hecho que no se dé fé á las escrituras. *Litterarum fidem resignasti.*

Hombre de oficio bajo. *Homo est humili arte præditus.*

Los farsantes. *Scænici artifices.*

Yo tendré manera de hacer que me escriban en el testamento de mi hermano. *Aliquo modo in testamento fratris irrepam.*

Dirás que muestre la hacienda que tengo. *Census meos requiris scilicet.*

Como si no se supiese, que el año pasado estuve yo en Roma. *Obscurum est scilicet me superiore anno Romæ fuisse.*

Ya te trata como corregidor. *Jam te pro prætore geris.*

Dame donde descanse del ruido de la audiencia. *Suppedita mihi, ubi animus ex forensi strepitu reficiatur, et aures convicio defesæ conquiescant.*

No tengo que decir. *Quid dicam, non suppetit.*

Recrearse, aliviarse. *Animum relaxare.*

Darse á las letras. *Animum doctrina excolere.*

No puedo sufrir tanto trabajo. *Animus meus tantam contentionem ferre non potest.*

Estás tan metido en tu estudio, que &c. *Ita te litteris abdis, ut &c.*

No puedes con esos estudios aprovechar al bien comun. *Nihil potest ex iis studiis ad communem afferre fructum.*

Sacar á luz. *In aspectum, lucemque proferre.*

No pienso que haya en esta vida cosa para desear mucho fuera de la virtud. *Nihil arbitror in vita magnopere expetendum nisi laudem, et honestatem.*

A trueque de alcanzar la virtud tengo en poco todos los tormentos y peligros del mundo. *In virtute persequenda omnes cruciatus corporis, omnia pericula mortis parvi esse ducenda puto.*

Heme ofrecido con muchos por la salud de la patria. *Pro salute patriæ in multas me dimicationes objeci.*

Si no fuese por las letras, todos los hechos de los santos estarian en perpetuo olvido. *Res gestæ sanctorum jacerent in tenebris, nisi litterarum lumen accederet.*

Muchas vidas y vivos ejemplos de santos nos dejaron los escritores para imitar. *Multas nobis sanctorum virorum imagines ad imitandum expressas scriptores reliquerunt.*

Póngome delante las virtudes de los santos, y pensando en ellas procuro imitarlos. *Sanctorum virtudes mihi propono, atque animum, et mentem meam eorum cogitatione conformo.*

Uno de estos es Ciceron. *Ex hoc est numero Cicero.*

Con el buen natural júntense doctrina y letras. *Ad naturam eximiam accedat ratio quædam, conformatioque doctrinæ.*

Por solo entretenimiento estudio. *Ex iis studiis solam delectationem peto.*

Tengo este entretenimiento por muy de hombres de bien. *Hanc animi remissionem humanissimam, ac liberalissimam duco.*

Ni tengo capacidad para estos estudios, ni

gusto de ellos, ni puedo estudiar &c. *Hæc ego studia neque attingere, neque sensu meo gustare possum.*

Quién tan grosero y duro? *Quis tam animo agresti, ac duro est?*

No te habias de morir por ser tan buen oficial y tener tanta gracia. *Propter excellentem artem, ac venustatem mori non deberes.*

Has hecho que todos te amen mucho. *Magnum tibi amorem ab omnibus conciliasti.*

Escribir de pensado y con curiosidad. *Accuratè, cogitatèque scribere.*

Decir una misma cosa por otras palabras y sentencias. *Eamdem rem dicere commutatis verbis, atque sententiis.*

Igualan tus versos con los de los poetas antiguos. *Tua carmina ad veterum poëtarum laudem facilè perveniunt.*

Esta facultad puedes enseñar. *Hæc studia doctrina, et preceptis, et arte constant.*

El poeta de suyo lo es, ó le es natural el ser poeta. *Poëta natura valet, et mentis viribus excitatur.*

Los profetas inspirados del Espíritu santo. *Prophetæ divino Spiritu afflati.*

Alabamos á los santos por lo que tienen recibido de Dios. *Sancti viri muneribus commendati nobis sunt.*

Responde el eco en los peñascos y desiertos. *Saxa et solitudines voci respondent.*

Aun las fieras se mueven y quedan como suspensas con la música. *Bestiæ immanes cantu flectuntur, atque consistunt.*

Comenzé á escribir siendo mozo la historia de tus hazañas. *Historiam rerum à te gestarum adolescens attigi.*

Me pareces poco aficionado á gente letrada. *Durior mihi ad studia litteraria videris.*

Esta guerra ha tenido varios sucesos y trances por mar y por tierra. *Bellum hoc multa est varietate terra, marique versatum.*

Esta ciudad es fuerte así por la gente de guarnicion que tiene, como por el sitio donde está. *Urbs hæc et firmissimis præsidiis, et ipsa loci natura vallata est.*

Echar á fondo la flota del enemigo. *Deprimere hostium classem.*

Está mi padre en su sepulcro hecho de bulto. *In sepulchro est pater constitutus è marmore.*

Tus hazañas llegan al cabo del mundo. *Res à te gestæ orbis terræ regionibus definiuntur.*

Con tal condicion. *Sub ea conditione.*

Poner la vida á peligro por la gloria y honra. *De vita gloriæ causa dimicare.*

A este poeta bien se le echa de ver que es estrangero. *Poëta hic pingue quiddam sonat, et peregrinum.*

Dar oidos ú oir á alguno. *Aures alicui dedere.*

Esto me pone espuelas para ponerme á cualquier trabajo y peligro. *Hoc magnum periculorum incitamentum est, et laborum.*

En el mismo sepulcro en que se sepultará tu cuerpo, quedará tambien sepultada tu memoria. *Idem tumulus qui corpus tuum conteget, nomen etiam obruet.*